Generoso N. Secretario necnon Teloneorum nostrorum N. A-
quaticorum Praefecto et in absentia illius Notario Fid. nobis
dilecto gratiam nostram Regiam Generose Fid. nobis dilecte. Que-
runtur Cives nostri N. Fid. Tuam contra ipsorum antiquum
usum Privilegijs eorum in eam rem a Serenissimis antecess-
oribus nostris habitis ac coram nobis exhibitis innixam
Thelonium aquaticum (quod ne ipsi a rebus et mercibus
suis quibusuis pendant libertate et munificentia Divorum
Antecessorum nostrorum id eis accidit) exigere ac eam parte eius-
dem libertatis concessionem usu diuturno firmatam vio-
lare maxime vero quod alij Theloneorum nostrorum aqua-
ticorum Praefecti eorundem Privilegiorum intuitu ex nostro
Mandato Cives nostros circa eadem Privilegia conservat
et manu tenere videtur etiam ut id ipsum Fid. T. eis-
dem praestet ac eorum libertates usu uti dictum est ro-
boratas ac a nobis confirmatas non violet quas etiam nos
nemini violatas cupimus. Aequum esse iudicamus
ne quid contra eiusmodi eorum libertates et usum
antiquum a rebus et mercibus eorundem in eundo et re-
deundo exigat sed ipsos circa eadem omnino conser-
vet. Serio Mandamus nihilque a Fid. T. eo in negotio atten-
tari volumus quod vel ipsorum conquerentium Privilegia im-
munitatesque offendant vel etiam iustae voluntati nostrae con-
veniant quodque ipsis conquerentibus cum Fid. T. in re decer-
tanti et a nobis in eadem animaduertenti occasionem iustam prae-
bere possit. Faciet igitur Fid. T. quod ipsorum Privilegiorum
et libertatem dictorum Civium profert ratio. Pro gratia
nostra et sui erga nos officij debito. Datum etc.

Mandatum Advocatorium ad Ius Supremum Maideburgense

Spectabilibus et Famatis Advocato et Scabinis iuris
Supremi Maideburgensis Castri nostri Cracoviensis Fid. nobis dil. gratiam
nostram Regiam Spectabiles ac Famati Fid. nobis dil. Suppli-
catum est nobis per certos Consiliarios nostros nomine
Famati N. Civis nostri N. et ipsius coniugis Honestae N.
olim N. piae memoriae mortuae relictae ut eis di se grauatos
Iudicio et Sententia Fid. Vestrarum in causa et actione quam
coram Fid. V. cum Famato N. Cive N. occasione cuiusdam

Fortis lapideae et in platea et consisten. habituri sunt senserint liberam appellationem ad nostrum Tribunal celerioris ac facilioris expeditionis cognitionisque causa faceremus et a Judicio sex Civitatem eximeremus ad nos habere literas nostras daremus Cui supplicationi annuentes benigne Mandamus Fid. Vid omnino habere volentes ut si sententia Fid. aggravati senserint provocareque ad nos voluerint cum non impediant ipsosque appellationem ab eadem sententia Fid. V. forsitan interponend. non ad Judicium sex Civitatem sed ad nostrum et Tribunal nostrum Regium immediate et sine ulla procrastinatione deferant aliquin si Fid. V. eamipsam appellationem admittere noluerint extunc eisdem terminum coram nobis et Judicio nostro ad instantiam eiusdem supplicantis iuxta Generalem Causarum Juris Maideburgen. Regni nostri limitationem peremptorium assignamus ad dicendas et allegandas causas iuridicas non delatae ab eisdem appellationis sub gratia itaque nostra et gravi indignatione subinde erga nos officiorum debito Fid. V. aliter non facturi

Mandatum ut appellationem admittant et ea admissa nil in causa imouent

Famatis Proconsuli et Cons. civitatis nostrae et Fidelibus nobis dilectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti agitata fuit coram officio Fid. V. Judiciali controversio inter Famatos et Actores et et Civitatum Cives et ratione mittendae possessionis domus cuiusdam per ipsorum Actori venditae quam ob certa aresta aliarum personarum ius suum potius ad eandem domum allegantium citatus et si liberam facere non potuit tamen immediante iure ab eis arrestatoribus eam evincere voluit et alias suas iuridicas defensas intulit quo in negotio Fid. V. aresta illa C in tergiversatione arrestantium personarum arrestatoribus quibus imposita sunt in ius non vocat. de iure valere non posse decrevistis et ab eiusmodi hoc decreto ad nos appellationem non admisistis Quoniam autem appellatio ex Juris praescripto unicuique esse debet ad nos libera ac Fid. V. dictos eius causae Judices sese statuere et tam praecipitanter agere non conveniebat tum quod etiam in ea causa tam pars ipsa ad prosequendam appellationem non admissam quam

404